Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8447
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

solemnitatis pia munia pre-
locuntur. Per dominum nostrum. Prefacio. Quia
per incarnati. Co. Tolle puerum.
Illumina quesumus domine populum tuum. Compl.
tuum. et splendore gratie tue cor
eius semper accende. ut salua-
torem suum et incessanter ag-
noscat. et ueraciter apprehen-
dat. Per eundem. In die Sancto.
Ecce aduenit dominator
dominus et regnum in ma-
nu eius et potestas
et imperium. Ps. Deus
iudicium tuum regi da et iustitiam
tuam filio regis. Gloria in ex. Oratio.
Deus qui hodierna die
unigenitum tuum genti-
bus stella duce reuelasti. con-
cede propicius: ut qui te iam
ex fide cognouimus. usque
ad contemplandam speciem
tue celsitudinis perducamur.
Per eundem dominum. Lectio ysaie prophete.
Hec dicit dominus. Surge
illuminare ierusalem. quia ue-
nit lumen tuum: et gloria domini
super te orta est. quia ecce tene-
bre operient terram. et caligo
populos. super te autem orietur
dominus. et gloria eius in te uide-
bitur. Et ambulabunt gen-
tes in lumine tuo. et reges in splen-
dore ortus tui. Leua in circui-
tu oculos tuos et uide. omnes
isti congregati sunt. uenerunt
tibi. filii tui de longe ueni-
ent. et filie tue de latere resur-
gent. Tunc uidebis et afflu-
es. et mirabitur et dilata-
bitur cor tuum quando conuersa fuerit
ad te multitudo maris. Forti-
tudo gencium uenerit tibi. In-
undacio camelorum operiet
te. dromedarii madian et
epha. Omnes de saba uenient.
aurum et thus deferentes.
et laudem domino annunciantes.
Omnes de saba uenient aurum Gr.
et thus deferentes et laudem domino
annunciantes. V. Surge et illu-
minare ierusalem quia gloria domini su-
per te orta est. Alleluia. V. Vidimus
stellam eius in oriente et ueni-
mus cum muneribus adorare
Festa christi Sequencia. dominum.
omnis christianitas celebret.
Que miris sunt modis orna-
ta cunctisque ueneranda populis.
Per omnia tenentis aduentum
atque uocacionem gencium. Ut
natus est christus est stella magis
uisa lucida. At illi non cassam
putantes tanti signi gloriam.
Secum munera deferunt paruulo
offerunt ut regi celi que symbolis
predicat. Atque auro tumidi
principis lectulo transito christi pre-
sepe querirant. Hunc ira seui hero-
dis feruida. inuidi recens recto-
ri genito bethleem paruulis prece-
pit ense crudeli perdere. O christe
quantum patri exercitum iuuenis
doctus ad bella maxima populis
predicans colligis sugens cum
tanto miseris. Anno hominis
tricesimo subtus famuli se in-
cliti inclinauerat manus deus
consecrans nobis baptisma